Conclusiones lunares ex libro I. Institutionum Iuris Canonici depromptas.

Cracoviensis Studior. Univ. Jagell.

Conclusiones lunares ex libro I Institutionum Juris Canonici depromptae 1751.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

CONCLUSIONES LUNARES

Ex Libro 1mo Institutionum Juris Canonici,

DEPROMPTÆ.

I. JUs Canonicum constat Divinæ Legis Præceptis, Sacris Concilijs, Summorum Pontificum Decretis, Sanctorum Patrum dictis, constitutionibus, consvetudinibus traditionibus.

II. COncilia alia sunt Generalia alia Particularia, alia Provincialia, alia Diœcesana.

III. PApa est supra Concilium.

IV. CLerici, alij sunt Superiores, alij Inferiores, alij in Sacris, alij non in Sacris.

V. EPiscopus habet potestatem Ordinis & Iurisdictionis.

VI. VIcarius Generalis, habet eandem Iurisdictionem cum Episcopo respectivè.

VII. ARchidiaconus dicitur Oculus Episcopi, qui per examen idoneos repertos, præsentat ad Ordinandum.

VIII. ELectio est alicujus Personæ idoneæ ad Prælaturam & fraternam societatem canonicè facta vocatio.

XI. POstulatio est ejus qui elegi non potest in Prælatum, à Superiore concors capituli facta petitio.

X. COnfirmatio est Iuris per Electionem quæsiti, corroborativa facta declaratio.

XI. VSus Pallij est Personalis, & cum Persona extingvitur.

XII. HOnestas vitæ est agendi dexteritas, quâ hominis animus ita informatur, ut detestando vitia, ea quæ virtutibus congruunt amplectetur.

Ad M. D. G. B. IOANNIS CANTII.

Exponentur publicè ad disponendum in Collegio Juridico, Universitatis Cracoviensis Annô Domini Millesimo Septingentesimo Qvinquagesimo Primo. Die 16. Mensis Febouarij.